



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI
TRES ||**

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

M. Ant. Mvreti Ad Beatiss. Virginem Dei Matrem, Qvae In Aede Lauretana
religiosissimè colitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

M. ANT. MURETI
 AD BEATISS. VIRGINEM
 DEI MATREM, QVAE IN AEDIS
 Lauretana religiosissime colitur.

VNde mihi insolitus præcordia concutit horror,
 Et perfusa metu trepidat, voluticta, Deo
 mens?

Fallor an hoc facit ipse locus, stimulosq; pauentis
 Subiicit, atque animum præsenia numinis virgil
 O calo dilecta domus, postesq; beati,
 Quos ego iam pridem tota mihi mente cupitos,
 Nunc primum, veteris voti reus, aduena viso:
 Saluete, adspectiq; mihi feliciter este.

Vosne per aetherias Iudeæ à finibus oras
 Aligerum mandante Deo, vexere maniplit
 Hic Virgo genitura Deum, genitricis ab aliis
 Prodixit, & blandis mulsis vagitibus auras?
 Hic quoque Virginei seruata laude pudoris
 Sancta salutifero rumuerunt viscera fœtu?
 Ille opifex cunctorum, illa aeterno unica proles
 Äqua patri, ille homin i prima ab origine lapsus
 Spem celo vitamq; ferens, hac lusit in aula
 Parvulus, & sancta blanda obtulit oscula mari.

Quanam igitur regum sedes, qua templaque
 orbem,
 Huic se ausint conferre loco ter & amplius omnis
 Ante alias felix Picensi littoris ora:
 Cui Solymos spectare domi, cui munere diuimus
 Fas calcare domi est pedibus vestigia Christi.
 En ego iam supplex procumbam atque oscula figam
 Parietibus sanctis, spargamq; hoc puluere crines.
 Aspice me superus è sedibus, aspice, Virgo
 Prostrato

Prostratum, atque imo gemitus ex corde crientem,
Et pectus tundens, & fletibus ora rigantem:
Neu, quamquam culpis adopertum turpibus, arce
Adspectu me Diu a tuo, si pectore toto
Te veneror, si te, dubius in rebus, ad unam
Confugio, teq; auxilium sanctissima posco.

Poenitent ex animo vita me Diu a prioris,
Poenitent & meritas horret mens conscientia poenae.
Quod nisi tu casto pendentes ex ubere natum
Concilias, placasq; mihi quod rendere cursum,
Quoniam malis fessam tentabo aduertere puppim?

At tu namq; soles placida dignare querelas
Aure meas, & ades lapsis mitissima rebus.

Certe equidem tota pendentes ade tabellas
Afficio, qua te miseri praesto esse loquuntur.
Hic te animo spectans, torrentem viscera febrem
Depulit; ille hyadas tristes hedumq; cadentem
Spectauit turus, vertentibus aquora ventis,
Et duce te patrias enauit saluus ad oras.
Criminis ille reus falsi, sub iudice duro,
Dum mortem expectat tenebroso carcere clausus,
Munere Diu a tuo detecta fraude, renuit
Vxorem, & natos, exoptatumq; parentem.

O ego nunc morbis multò grauioribus ager
Naufragiumq; timens longè exitiosius illo,
Et iam pridem animum peccati compede vincens,
Si possim morbis liber, unicuiq; solitus,
Fluctibus & ventis laceram subducere puppim:
Quas tibiletus agam grates, dum vita manebit?
Te, cum luce noua sparget sol aureus orbem,
Te recinam, quoties abscondet opaca polum nox:
Et tua præcipuo venerabor numina cultu.

Exstat & votum Virgini matri Lauretanæ,
V.C. Lxuini Torrentij Episc. Antverp.

CELE.